



**Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Vita Spirituali, Eivsqve Perfectione - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1611**

De Ignominia; atque insipientia sæculi. Cap. vij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](#)

*Psal. 145.  
12.*  
*Iob. 21.  
12.*  
*Greg. 18.  
morm. 25.*

Ægyptus venientibus in Segor.] Hanc elegit Lot ab oriente recedens, & captiuitatem, ac omnis substantia sua iacturam elegit, putans se libertatem, & diuinarum copiam acquisisse. Hanc quoque regionem spiritualiter mundani elidunt, nihil aliud nisi voluptates, & rerum abundantia queritantes; inter haec verò hostes latitant, qui virtutis opera impedian, & veram libertatem anime, scilicet gratiam, diripiunt, atque eternam salutem sufficiuntur. Illos mundani magni faciunt; illos felices existimant, quos temporali prosperitate abundare conspiciunt. Illos, inquam, quorum filii sicut nouella plantationes in iumento sua: Filii eorum compositæ, circumornatae, ut similitudo templi. Prompetaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud: Quæ eorum fætosa, abundantes in egestibus suis: Boues eorum crasse. Non est ruina maceria, neque tristitia, neque clamor in platea eorum. Beatum dixerunt populum, cui hæ sunt. Illos denique, qui tenent tympanum, & citharam, & gaudent ad sonitum organi qui ducunt in bonis dies suos, & in pando, id est, sine labore, & sine prolixa, & longa ægritudine, ad inferna sepulturæ descendunt. ] In hoc itaque statu tam amico voluntatum quis non videat difficile esse delicias abiicere, magnum dolorem ex ipsa amissione deliciarum cogipere, cinerem, & saccum assumere, & in penitentia operibus perseverare?

Hoc etiam penitentia studium nimia cura, & occupations mandatorū eneruant. Perit enim animum diuina luce perfusum, à sollicitudinibus liberum, tranquillitate pacatum, qui possit examinationem propria conscientia vacare, lachrymis, ac dolori peccatorum intendere, concipiendō efficaci proposito emendationis insister. Inter tot verò, tantisque rerum temporalium curas, quæ cor, mentemq; discerpunt, & à consideratione rerum diuinarum abducunt, ista peccatorum detestatio statim oblivioni traditur, lachrymæ arescent, & volvuntur nouæ vita, quasi fulmus euanescit. Et sicut Gregorius manifeste testatur, immoderatas mundanorum sollicitudines animam vitam, atque adeò veram penitentiam impedit. Transiens enim quoddam Saluatoris miraculum, principis filiam suscitatis, ita ait, Foras ergo turba eiicitur, vt pueria suscitetur; quia si non prius a secretioribus cordis expellitur importuna sæcularium multitudine curatum, anima, quæ intrinsecus iacet mortua, non resurgit. Nam dum se per innumeras terrenorum desideriorum cogitationes spargit, ad considerationem sui se se nullatenus colligit.]

Tu ergo, ô religiose, dum vitam secularem agas, non fuisti (vt videtur) lachrymis ad salutem, & compunctione lotus. Eras namque inter illos, & unus ex illis, qui fedatatem peccatorum ignorabat, & nimis curis, ac sollicitudinibus disfluebant. Eras inter illos, qui te ad falsam securitatem, ad Dei, & tui ipsius ignorationem, ad inanem lætitiam, & gaudium, non ad lachrymas, & penitentiam veram, & perseverantem alliciebat. Eras inter illos, in quos inuenitur Isaías: Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conviuuii vestris, & opus Domini non respicitis. Illud scilicet opus, quod in vobis coepit, dum per baptismum in suam amicitiam ascivit nec opera manuum eius, quorum vos beneficium prosequitur, consideratis. Inter istos autem tam vanè gaudentes, tam misericorditer lætos, tam infeliciter exultantes, quomodo salutarem tristitiam, & compunctionis lachrymas reperiſſes, vt maculas peccatorum deterges?

Nonnumquam criminum multitudine fessus, & vita male pertulisti, tuum exitium dolere coepisti, & dolore, ac facinorum tuorum detestatione te lauisti;

A sed subito arescebant lachrymæ, fugiebat dolor, & concepta desideria cessabant: quia sociorum ritus, & exultatio, amicorum colloquia, ludi, & convivia, non mentem grauem, & seriam: sed mollem, & iocosam petebant, vitamque voluptati, non vero penitentiae deditam, postulabat. Non es igitur lotus in salutem, quia illud balneum in salutem perseverantem, non est, cui iterum contractæ fôrdes succedunt. Nam sicut canis reuersus ad vomitum suum, ita stultus iterum stultitiam suam. Illa mentis compunctione, illæque lachrymæ non lauabat in salutem, quæ factæ erât, peccandi voluntatem non expellebant, & oblata occasione te à transgressione diuine legis non revocabât. Plorabas quidem peccata tua, sed vel extrema fronte dolorem mentiens, vel imperfectissimo quadam timore coactus, & ideo non mundabar, imò (vt ego cōtemplor) à Domino irridebaris, qui illud dicebat, quod in Ecclesiastico scriptum est: In oculis suis lachrymæ inimicus, & si inuenieris, tèpùs non satiabitur sanguine. ] Dum enim post fletum, & penitentiam suscepimus, peccati opportunitatem inueniebas, iterum ei immergebaris, factus canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in voluntario luti. ] Tales frequenter soleret esse lachrymæ sæculariæ (bonos, & dei timorem habentes) taceo, quas ad sua crimina detergenda profundat, & cum eorum cætibus adhærebas; sic forsitan plorabas, & ideo non lauabis in salutem.

*Prov. 26.  
11.*

*Eccles. 12.  
16.  
2. Petr. 2  
2. 22.*

*Sapient. 7.  
29.*

*Sap. 9. 4.*

*Hieron.  
pro. Osea.  
Colof. 4.  
6.  
Match. 3.  
13.*

### De ignorantia atque insipientia sæculi.

#### C A P V T VII.

**N**on mirum est, si homini in sæculo constituto, difficile sit constanter prænitere, & in salutem lauari, siquidem (vt præfati sumus) adest ei ignoratia, abs sapientia, sine cuius præsidio, vt detestetur peccata ipsorum nequitia, & fuditatem peruidere non yalet. Est enim sapientia lux, quæ inter alia eximia bona, hoc, & quidem nō minima præstat, imò maximum & originem aliorum, vt nobis, tum virtutis pulchritudinem, tum vitorum ac peccatorum enormitatem ostendat. Quibus perspectis, pronum est vicia vincere, ac profigare. Quamobrem iure optimo in fortitudine, sapientia lux luci solis, ac omnium stellarum decori, præfertur: quoniam istis succedit nox, & quasi ab ipsis tenebris superant: sapientia autem nō vincit malitia, quinimō ante splendorem lucis eius vicia, & ligata, atque omni suo robore priuata persistit. Et hanc ob causam sapiens eam humiliter poscit, ne scilicet a filiorum Dei dignitate cadat, & ignominiam, atque miseriam inimicorum incurrit. Da mihi (inquit) sedium tuarum afflitrice sapientiam, & noli me reprobare a pueris tuis. Quid est? Noli me reprobare a pueris tuis; nisi noli permittere, vt à sapientia derelictus, quæ omnis bonitatis est fons, serui, & amici tui, ô Domine, dignitatem, amitiam? Nam sine sapientia, id est, sine luce diuinis indita, nec peccatum agnosco, vnde nec detestor, nec virtutis decoré video vnde nec amo, nec sequor, nec amplector. Nō est autem aliquis seruus tuus, & amicus tuus sine odio peccatorum, & sine amore virtutum.

Hæc autem sapientia lux sale in diuinis literis aliquando designata est, quod & Hieronymus annotavit, & quod magis est Paulus edocuit, Coloffensibus scribēs: Sermo vester (inquit) semper in gratia sale sit conditus. ] Nec Christus Salvator noster hæc significationem exhorruit, suos Apostolos sal terra cōpellâs, quia doctrina ab ipsis prædicata, deberent mundum vniuersum cōdire, & à vitorum putredine vendicare.

D E F

**Iob 18.**  
18.  
**Plin. lib.**  
31.c.7.  
**Sapient. 1.**  
4.  
**Sapient. 9.**  
19.  
**Ecccl. 12.**  
11.  
**Hierem.**  
ibid.

Est autem non minima, si recte inspiciamus, salis, sapientiaeque cognatio. Nā si causas eius inuestigamus, ex partibus aquae terrestribus, calore solis, & vento congelatis efficitur; & sapientia in animo instar terra demissa Spiritus sancti afflata, & charitatis ardore generatur. Illa enim cognitio, quam nec humilis mens suscepit, nec spiritus diuinus infudit, nec charitas perficit, an scientia sit, nihil attinet, sed certe sapientia vera non erit, quæ scilicet cum donum sit Spiritus sancti, non nisi mentem puram, & ipsius Spiritus templum inhabitat. Si naturam consideremus, vnum est ex fossilibus, & subterraneis, sicut aurum, argentum, stannum, plumbum, & alia huius generis, quod non in cibum, sed in condimento omnium ciborum datum est. Et sapientia (vñ inquit Iob) trahitur de occultis, & non in libris addiscitur, sed suspiriis & gemitis, quasi ex diuino pectori effuditur, ut ea virtutis opera condiantur.

Si tandem queramus eius effectus, eos breuiter Plinius enumerat. Salis natura (inquit) per se ignea & inimica ignibus fugiens eos, omnia erodens: corpora vero altringens, ficcans, alligans: defuncta autem, & putrefacta ita vendicans, ut durent ea per saecula. In medendo vero mortens, adurens, repugnans, extenuans, dissoluens.] Sapientia autem ignea est, à calore (vt diximus) Spiritus sancti generata, sed igni concupiscentia valde inimica, quia in malevolam animam non introibit, discipline fugit factum, & auferit se à cogitationibus impudicis, quæ sunt sine intellectu. ] Affectus humanos eredit, atque ab eis quidquid inordinatum est, & effrenatum, detrahit. Corda iustorum altringit, ne in vita labantur, siccitat, ne humore prauioris tabescant, alligat, ne in peccata perefluant: Nam per sapientiam sancti sunt, quicumque Domino placuerunt.] Animas peccatis mortuas, & sibi ipsis pre humilitate, & contemptu proprio putrefactas, cōseruat: & vitam aliam supra captum humanum, & incorruptionis claritatem communicat. In medēsis autem aliorum peccatis, quantum mordeat, & exurat, Ecclesiastes ait, Verba (inquit) sapientum, sicut stimuli, & quasi clavi in altum defixi. ] Quo loco Hieronymus, Simul & hoc notandum est (inquit) quod dicantur verba sapientum pungere, non palpare, nec molli manu attrahere lasciuia, sed errantibus, & tardis penitentia dolores, & vulnera infligere. Si cuius ergo sermo non pungit, sed oblationem facit audiētibus, iste non est sermo sapientis. ]

Hoc ergo sapientia sal tibi saeculariter viuenti, ò anima, in mundo defuisse. Dominus, ut saeculi miseras pergit ostendere, verbis sequentibus edocet. Postquam enim præmisit: Et aqua non es iota in latum] statim subiecit, Nec sale salita. ] Hoc namque beneficio obstetrices, suos olim prosequebatur infantulos, (quod & Galenus præcepit) leuite sale fricabant, ut corpora delicata restringerent, & cutem mollissimam solidarent. Hoc autem beneficium, ò anima, in saeculo longe fuit a te, quia non erat, qui te spiritualiter condiret, nec sapientiae sale perficeret. Nā si verum est neminem dare, quod non habet, nō erit difficile persuadere mundum neminem ex suis umquam sale condisse, neque sapientiae luce decorasse, si non palpatores, sed veritatis assertores esse velimus. Si enim mundus sapientiae sale, & diuinæ cognitio luce abundaret, nequaquam Dominus eius miseratus de tanto sale, ac de tatis luminibus prouideret. At saltem, & lumen dedit mundo, Apostolos sciaret, & Apostolicos viros, qui illam acriter reprehenderent, doceant, & illuminarent, hoc beneficium mundum cœcum, & infanum, & sapientiae sale indi-

gum esse contestans. Ignorantiae, ac insipientiae plenus est mundus, adeò ut nō obscurus, nec tenebris, sed ipsa obscuritas, & ipsa tenebrae cōpelletur. Et lux (inquit Iohannes) in tenebris lucet, & tenebrae eam non comprehendenterunt. ] Est ac si dixisset, Lux mundo illuxit, & mundus eam non apprehendit. Unde Gregorius Nazianzenus, Et lux lucet in tenebris, id est, Christus in seculo, & tenebrae eum non sunt assequuntur. ] Et alibi ipse Iohannes: Venit lux in mundū, & dilexerūt homines magis tenebras quam lucem. ] Cū enī saeculum ipsa tenebra sit, atque ipsa obscuritas, quid mirū, si lucē odio habuit, & ignorantiam, ac cœcitatem nativam dilexit? Est utique mundus omnis iustitia, ac æquitatis osor, cū totus in maligno positus sit. ] Quare sapientiae luce non potest perfundi. Nam vt Ecclesiasticus ait: Fili, concupisces sapientiam, serua iustitiam. ] Qui ergo odit, atque detestatur iustitiam, non est aptus, ut sapientiam percipiat.

Hæc sane sapientia tam pretiosa, tam fugiendis peccatis, & prosequendis virtutibus necessaria, haud quamquam in saeculo isto cœco, & insipienti commoratur. Quare Beatus Iob huius præclarissimæ lucis habitaculum, ac domiciliū illis verbis inquirens: Sapientia vbi inuenitur, & quis est locus intelligentia? ] Hoc audit responsum. Nescit homo primum eius, nec in seniūt terra suauiter viuetum. Abyssus dicit, nō est in me, & mare loquitur, non est mecum: Abscondit est ab oculis omnium viuentium, volucres quoque cœli latet. ] Quæ neque ab homine, id est, terrena sapientia, cognoscitur, neque in suauiter viuentibus & carnalibus inveniuntur, quam neque abyssi, hoc est astutus, possidet, neque iracundus, & in saeculo maris turbatus aspergitur, neque in ter viuentes sibi ipsis, & propriis passionibus seruientes, neque inter volucres, hoc est, superbos & arrogantes inhabitan: manifestum est, quoniam a saeculo excluditur, & cum impiis & peccatoribus minime commoratur. Hunc sensum Beatus Gregorius confirmat. Qui nomine terræ animam humanam, nomine abyssi corda hominum, & nomine maris inquietudinem medium saecularium intelligit, in quibus ait, sapientiam non inueniri, quia neque hujus mundi volatibus pascitur, neque duplicitate & astutia humani cordis possidetur, neque curarum saecularium inquietudine delectatur. Sed ad quid rationum momentis, aut Scriptura sacra testimonis indigemus, cū ipsis mundanos se esse sapientiae hostes, & inimicos audiamus? Iti enim sunt, qui diverterunt Deo: recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. ] Qui moniti a Domino, ut interrogarent de semitis antiquis, & de via bona, ut ambularent in ea, dixerunt: Non ambulabimus: Et rogati, ut audirent vocem tubæ, responderunt: Non audiemus. ] Frusta testes afferuntur, vbi ipse mundus procacierte suam insipientiam confutet.

Quamvis autem mundani verbis non diceret se esse insipientes, atque ignorantes, opera tamen illorum id manifile testantur. Si enim cœci erant illi miseri, & impuri Sodomita, qui cū essent prope domū iusti, ostium tamen eius inuenire nō poterant; multò magis cœci nunc habitatores Sodome, id est, mudi huius, qui inter tot magistros, qui eos eruditāt, atq; in media Euangelij luce, non inueniunt ostium iustitiae, neque in ianuam sua salutis incurvāt. Capti erat oculis Syri, dum putabant se amicum sequi, cū tamen Eliseum hostem sequerentur, qui eos collocauit in medio Samarie, & hostibus sanguinem Srorum scindentibus tradidit. Sed multò magis lumine capti mundani, qui ab Ecclesia, & ministris eius proprij periculi admoniti, dæmonem teterimum hostem

Ioan. 1.5.

Nazian.

lib. de fide.

Ioan. 3.

19.

1.Joan. 5.

19.

Eccles. 1.

33.

Iob. 28.

12.

Greg. 18.

m.v. c. 24.

Ep. 25.

Iob. 21.

15.

Ierem. 6.

10.17.

Gene. 19.

11.

4.Reg. 6.

19.

Indic. 18.  
31.

1. Cor. 8. 4.

Gen. 31.  
30.Psal. 113.  
1.Eccles. 5.  
4.

Ibid.

Gregor.  
Iom. 32.  
in Euang.

Isa. 5. 8.

1. Cor. 3.  
19.  
Iob. 5. 13.  
Psal. 93.  
11.Psal. 106.  
10.  
Bern. ser.  
s. m. vig.  
nati. Dom.

hostem tamquam fidem amicum sequuntur, qui eos, non in Samariam inferat, sed in gehennam locum tormentorum detrudat.

Quo tempore non erat Rex in Israël: sed vñus quisque, quod sibi videbatur, faciebat.] Michas stultus erat, & insipiens, qui Teraphim colebat, id est, Idolum adorabat, quod nihil est, vt inquit Paulus. At hoc nihil sibi farto sublatum esse peruidit, & Idoli absentiam defes, vocibus & gemitibus totam regionem impleuit. Verum insipientiores sunt peccatores, qui non vanum Idolum: sed verum Deum, qui cœlum, & terram implet, criminibus sublatum sibi non lugent, neque eius absentiam incredibilem, vtique calamitatem non sentiunt. Laban quoque stultus erat, & tamen fallorum Deorum iacturam dolens, qui nō sunt dij. generum itinere septem diecum inseguitur, vt Deos suos recuperet, qui oculos habent, & non vident, pedes, & non ambulant, nec clamat in gutture suo.] Sed quanto stultiores mundani, qui omnipotens Dei iacturam non dolent, cuius oculis illuminantur, voce erudiuntur, manu potenti sustinentur, neque vt illum inueniant, atque possideant, vsque ad se ipsos properare festinat. Vere stulti, qui eternam damnationem incurvant, gratiam perdunt, charitatem amittunt, virtutes dilapidant, felicitatem perpetuam duraturam consumunt: & leti, atque h. lates dicunt: Peccavi, & quid mihi accedit triste?] Quasi non esset miserissimum tantis malis se subdidisse, & tanta bona dilapidasse. Quasi altissimus non esset patiens redditor. Quasi non esset verum, quod misericordia, & ira ab illo citò proximata, & in peccatores respicit ita illius.] Vere stulti, quos dæmones excitant, sicut Philistæ ducem inclytum Samson, & sicut Chaldei Sedechiam exercarunt, vt nec ignominiosam occupationem mouendi molam tam inutilium laborum aspiciant, nec ingressum in Babyloniam confusione aduerterant.

Non sane quid homines sciant à mundo erudit. Sciant sua retinere (vt inquit Gregorius) aliena rapere, si possunt, concupiscere, si non possunt. Sciant sibi ipsis superbè confidere, ceteros vero contemperare, & aspernari. Sciant vacare gula, indulgere vino, operam nauare luxurie, sciant aurum, & argentum querere, vestes pretiosas, & delicatas inquirere, & vt est apud Iasiam, agrum agro copulare vsque ad terminum loci, ac si soli in medio terra essent habitaturi. Sciant inimicities exercere, similitates souere, innocentiam à se, simplicitatem, & fratrum charitatem ablegare. Sciant pro rebus vilissimis, pro primis sedibus, pro honorificis titulis, pro honoribus, & dignitatibus, vsque ad sanguinem decertare. Sed hoc teire, nefare est. Hac omnia fatutas, insertia, & ignorantia sunt. Quoniam sapientia huius mundi, & utilitas est apud Deum. Scriptum est enim: Comprehendam sapientes in astutia eorum. ] Et iterum: Dominus nouit cogitationes sapientum quoniam vanæ sunt. ] Non ergo habebas, o anima, qui te in sœculo sale sapientie condirest, vt solidateris, & virtutibus perficerestis, sed vt insipientior efficeretis, qui te errorum, atque ignorantis condimento fæderet.

Certe sapientia, & diuina legis cognitione, illa præfertim, quæ ad praxim dirigitur, & sal est, & lux est. Sal, quia à corruptione seruat, & putredinem vitiorum auerit, & lux, quia falsas mundi opiniones pellet, & noticia diuinorum mædatorum illuminat. Sed nos, dum in sœculo vitam egimus, non in luce, sed in profunda caligine verbabamur, sedentes in tenebris, & in umbra mortis, vinclis in mendicitate, & ferro. ] An non cuique nostrum (inquit Bernardus)

A caliginosa nox erat, cum tamquam sine Deo in hoc sæculo viueremus, cum ambularemus post cōcupiscentias nostras, cum sectaremur carnis illecebras, cum obtemperaremus desideriis secularibus, cum exhiberemus membra nostra arma iniquitatis peccato, cum seruiremus iniquitati ad iniquitatem, in quibus nunc erubescimus, tamquam operibus tenebrarum. Qui dormiunt enim nocte dormiunt (Apostolus ait) & qui ebri sunt, nocte ebri sunt. ] Hæc Bernardus, Dicamus igitur nunc, quod in malo perseverantes postmodum dicturi sunt: Errauimus à via veritatis & iustitiae lumen non luxit nobis, & sol intelligentia non est ortus nobis. ] Die, & tu, o anima religiosa, Errauis sic ut ouis, quæ perit, ] & dum te errasse & ignorasse in sœculo confiteris, manifeste dicis, te sale non fuisse salitam, nec scientia sapore fuisse conditam.

54

1. Thes. 5. 7.  
Sapient. 5. 6. 3.  
Psal. 113. 176.

*De ignominiosa nuditate virtutum,  
qua est in sæculo.*

C A P T V I I I .

**V**i in tenebris ambulat, & in mediis noctibus suas actiones efficiunt, nihil curat, si nudus, & vestibus spoliati incedat, aut si à quopiam sine debito cultu corporis videantur. Nox enim ipsa pro vestimento est, & tenebre locum tegumenti obtinunt, dum eorum, qui astant, a spediu impediunt. Lux vero minimè nuditatem permittit, quæ omnia detegens, & oculis præsentium obiiciens, nos tagit verecūdia, vt & corpora nostra operiamus, & pro ratione status, aut dignitatis decenter induit ambulemus. Hoc insinuavit Paulus Romanis Christi Salvatoris aduentum annuntians. Nox præcessit (ait) dies autem appropinquavit: abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die, honestè ambulemus Illos, & nos admonens, vt si in nocte culpa, vel infidelitas, humana genus quasi nudum, ac minus honestum incedebat: iam in die fidei & gratie, & splendidi operimenti indutum, & vt diem splendidissimum, & omnibus conspicuum decet, honestum, & decorum appareat. Diei namque (vt notauit Beatus Thomas) duo videntur congruere, honestas, & labor: honestas, vt quisque studiat se componere, vt alius honestius se offerat: labor autem, ne otio torpès iaceat, sed erectus, & strenuus ambulet, & aliquid suę saluti necessarium operetur. Cum ergo sæculum nox quadam sit (vt testatur Ambrosius) & sane nimis tetra, & obscura, cui verdictum est, lux sapientia deficit, hinc ortam habet aliud malum facilius, quod mundani in eo tamquam in nocte, nudi, & spoliati indumentis incedant. Quare Dominus illis verbis, quæ anima mundana dixit: Neque sale es salita, ista sequentia adicit: Neque involuta pannis. ] Ac si exprobareret illi, cum in nocte mundi sapientia lux tibi non affulerit, nuda ambulas, & ignominia plena, nec fuit qui curaret te panis obtegere, aut vestibus amicere.

E Hi panni, sive ita vestes, quarum decore, & protectione anima mundana caret, virtutes sunt. Vnde Paulus: Induite vos sicut electi Dei sancti, & dilecti, vestra, misericordia, benignitas, humilitatem, modestiam, patientiam. Apertum est autem, quod non nisi vestes induimus, & illis ad honestatē, & fomentū circumdamur. Et innocens Iob de istis indumentis gloriaritur, dices: Injustitia induitus sum, & vestiui me sicut vestimento, & diademate iudicio meo. ] Innocentia, & anima puritatē iudicium suum vocas, quia sicut vestimento ex omni parte circumdamur, ita ille (vt ait Greg.)

Rom. 13. 12.  
O. Tho. in cap. 13. ad Rom.

Amb.

3. Colof. 3. 2.

Iob. 39. 14.  
Greg. 19. mor. c. 12.